

MATTSSON, EMPORAGRIUS, ERIC  
GABRIELSSON

Oratio Erici G. Emporagrii in qua  
tyrannidem pontificiam, quæ divum  
Gustavum Magnum, ... martyrio  
coronavit, est pie detestatus, ... : (Ups.  
1 dec. 1635.)

1636

# EOD - Miljoner böcker bara en knapptryckning bort. I mer än 12 europeiska länder!



## Tack för att du väljer EOD!

Europeiska bibliotek har miljontals böcker från 1400- till 1900-talet i sina samlingar. Alla dessa böcker går nu att få som e-böcker – de är bara ett musklick bort. Sök i katalogen från något av biblioteken i eBooks on Demand- nätverket (EOD) och beställ boken som e-bok – tillgängligt från hela världen, 24 timmar per dag och 7 dagar i veckan. Boken digitaliseras och blir tillgänglig för dig som e-bok.

## EOD bokens fördelar!

- Få samma utseende och känsla som med originalet!
  - Använd ditt standardprogram för att läsa boken på skärmen, zooma och navigera genom boken.
  - *Sök:*\* Använd fulltextsökning för enskilda fraser.
  - *Klipp & klistra:*\* Kopiera bilder och delar av texten till andra applikationer (t.ex. ordbehandlingsprogram).
- \*Ej tillgängligt i varje e-bok.

## Villkor för användning

Genom att använda EOD-tjänsten accepterar du de villkor som ställs av biblioteket som äger den aktuella boken.

- Villkor för användning: <https://books2ebooks.eu/csp/sv/nls/sv/agb.html>

## Fler e-böcker


Redan nu erbjuder 40 bibliotek från 12 europeiska länder denna service. Sök böcker tillgängliga för den här tjänsten: <https://search.books2ebooks.eu>  
Mer information finns tillgängliga via <https://books2ebooks.eu> boken.

EMPORAGRIUS, E. G.

F1170  
Fol. 2r 516

Tare 1700  
Lab. Lab  
Linn.  
(Pn)  
Lippala  
Ed.





UPSALA

ORATIO

ERICI G. EMPORAGRII

In qua

Tyrannidem Pontificiam, quæ

DIVUM

GUSTAVUM MA-

gnum, non sine insigni Ecclesiæ &

Reipub. damno, contra omnium spem &

expectationem de medio sustulit & mar-

tyrio coronavit, est piè detesta-

t debitæ & erga ejus

statem declaret

gratitudinem.

amq; recitavit.

UPSALIE IN ACADEMIA

die 1. Decemb. Anno

M. DC. XXXV.

Prætiiosa in conspectu Domini,

Mors sanctorum.



UPSALIE,

Excudebat Eschillus Matthiæ, Acad. Typ.

ANNO M. DC. XXXVI.



*Subscribit.  
Fol. 17. 00  
Act. Tab. Univ.  
(171)*





**GABRIEL Oxenstierna** J U-  
nior Lib. Baro de Rimicho & Hæredi-  
tarius Dominus in Töresöö &  
Stureforsa/ &c.

**ACADEMIÆ RECTOR**  
*CIVIBVS SVIS SALVTEM.*



Ulam de furore Diaboli aduersum  
Christianos olim **LACTANTIUS**  
effudit querelam, dum ait: Spiritus  
isti perditī quibus veritas notā est & invisa,  
quia per se nocere pijs non possunt, publicis e-  
os odijs persequuntur, quos sibi graves senti-  
unt, exercentq; sævitiam quam possunt vio-  
lentissimè, ut aut fidem eorum minuant per  
dolorē, aut, si id efficere nequiverint, au-  
ferant omninò de terra, ne sint qui valeant e-  
orum nequitiam coercere &c. eam, proh  
dolor, iterare hodie cogimur non sine ma-  
gno Dei Ecclesiæ detrimento. Quantam e-  
nim tyrannidem hisse temporibus exercuit  
diabolus in veros Dei cultores per electum  
suum organon Papam Romanum & cæteros  
omnes qui in ejus verba perfidè jurarunt, ex-

perta est Bohemia, Dania & Germania.  
Imò testis est S V E C I A patria nostra charis-  
sima, quæ ob amabile C H R I S T I nomen,  
& libertatis, quam generosus nemo nisi cum  
vitâ amittit, defensionem, ab immanibus  
Pontificijs Rege suo ac Patre desideratissi-  
mo spoliata est. Etenim videns Babylonica  
Meretrix se fidem nostram minuere non  
posse, singulos nos de terrâ cupit sublato,  
ne sit qui tyrannidi ejus se amplius opponere  
audeat. De hac materia, Reverendus atq;  
Clarissimus vir, Magister E R I C U S G A-  
B R I E L I S E M P O R A G R I U S, Acade-  
miæ nostræ Secretarius & Facult. Phil. Ad-  
junctus, doctam scripsit orationem, quam &  
cras, Bono cum Deo, horâ nonâ in Audito-  
rio veteri pronunciare constituit. Omnes  
itaq; & singulos, habito cujuscunq; dignitatis  
respectu, Academiæ nostræ Cives ejus nomi-  
ne rogatos volo, ut dicto tempore & loco  
frequentes conveniant, Oratorem hac in  
parte honorificâ suâ præsentia decoraturi,  
& nostræ intimationi ex debito satisfacturi.  
Valete. P. P. Die A N D R E Æ Apostoli,  
Anno M. DC. XXXV.



כאלהינו

# ORATIO BREVIS

De

## Immanitate Pontificia.



**I**n Universos non tantum & singulos Academiae cives; Sed & Cathedram hanc; Sed parietes & tecta; Sed scamna & subsellia; adeoque; totum hoc ædificium convenire placet, Cū gemitu profectò testabuntur, voceq; querulā conquerentur infelicitatem suam: quippè quæ Oratorum inregri jam triennij suspirijs fessa, non dicam prorsus defatigata sunt. Sed ecquid, dicitis, tot gemituum causæ erat? Dicam vobis breviter: (Verum obstupescit animus, stant comæ, vox faucibus hæret) dicam tamen, modò vos vestris lachrimis temperetis, & largiori parcatis fletui. Importunum, & nunquam satis deplorandum GUSTAVI MAGNI, Regis nostri olim Clementissimi, nunc verò in Domino beati, fatū (quod simul nostrū erat) sæpius ex hoc loco, his civibus, hæc subsellia occupantibus tristissimo sermonis genere nunciatum est & deploratum. Et indè perfundi illi gemitus: Indè vastissimus lachrymarum oceanus: Indè tristissima lamenta: quibus domum hanc ceu vehementissimis jaçtatam procellis, præ dolore illicò corruisse, non mirum fuisset, quippè tanto Restauratore & nutritore orbatam. Cives verò & Incolas domus, animā amaris dolorū punctiunculis fermè enectam non exhalasse, potius admiratione dignum. Imò exspirasse dubium fuisset nullum, nisi Oratores, simul ac lachrymarum flumina effuderant, tacito aures animosq; affecissent solatio; ut qui de GUSTAVI MAGNI pietate in Deum, clementia in subditos, in victos pariter ac victores comitate, in hostibus maçtandis fortitudine: De prudentia bellica & togata, de admirandis facinoribus magnanimiter admodum gestis, de victorijs & triumphis &c. quibus antè, in & post mortem potitus est, non minus, quam acerbam morte verba fecerunt. Rara, me Hercle, sermonis indoles, cum

## ORATIO DE IMMANI-

cum & animum addere, & *ludere possit eadem!* Verum enim vero, res rara, sermone utiq; digna raro: rara enim in terris fuit avis Gust. Mag! rarum est Numinis iram adeò effervere, ut in hoc rerum tumultu, velit Ecclesiam & Rempb. tanto privatas patrono! rarum est moriendo triumphum agere! rarum quoq; est mortuum hostes fugare! rara igitur hæc lætitiæ genuisse amaram, cur tantoperè miremur? Ego etiam publicum luctum tandem testaturus, ad consimilia ex eodem argumento suspiria, tacito pectoris gaudio mixta vos agerem, nisi virtutibus rarissimi exempli Herois, aut recensendis aut laudandis, Eloquentia mea (si modo Eloquentiæ nomine digna) impar esset: nisi etiam mortem Gustavi, egregiaq; facinora, quæ orationis artificio enumerari (omnia enim ne Ciceroniana comendaret facundia) & à nobis aliquo laudis encomio celebrari potuerunt, enumerasse & concelebrasse toties audivimus almæ huius Academiæ præsides, Illustrem ac Magnificum, Reverendos, Consultissimum, Clarissimos, multosq; ex Illustri, nobilissima & selectissima hac Juvenum corona; Illiada itaq; post Homerum auditorum cum tædio recitare nolo, materiam commendandi Regis, habitis prius orationibus exhaustam ratus.

Quia verò desiderio antea non potuit satisfieri, quam in publico luctu gratitudinem erga cineres Regis declararem, & verò nec mortis circumstantias, nec antegressa heroica facta, ob memoratas causas, digna sermonis formulâ pertexere non possum: eorum Oceanum præter vectus, aliud quidpiam, quod luctus nihilominus publici quendam quasi fomitem suppeditabit adferre decrevi, ne fatum tanti Regis, quod, nescio quid mali cervicibus nostris portendere videtur, memoriâ nostrâ iusto citius excidat: ita enim cum humana imbecillitate comparatum est, ut malorum præfagijs [in quorum numero est mors Gustaviana] vel spretis, vel in memoriæ thesauro facillè obliteratis, securitati se dedat.

*Ecce enim quomodo moritur Iustus, & nemo precipit corde:*  
Nihil autem est ferè, quod dolorem hunc, aut plus adaugeat, aut nos de summis beneficijs tota Regni Gustaviani periodo, præcipuè v. belli Germanico Cæsariani, etiam sub animæ exhalatione abundè præstitis, erudiat, quam recordatio Romanæ feritatis, quam Scortum Babylonicum multos annos in verè Christianos exercuit, hodieq; exercet, & in omnes nos exercere voluit, nisi obviam ipsi per fortitudinem Gustavi tempestivè itum esset. Quocirca, cum eandembrevi hac oratione Regem nostrum

## T A T E P O N T I F I C E A.

nostrum vitâ , nos verò Regnumq; nostrum Rege longè desideratissimo privasse probavero , favorem vestrum & attentionem confidenter expecto & demissè imploro.

Naturæ humanæ per peccatum corruptionem , ne quotidianis quidem lachrymarum undis sufficienter deflemus : Illa enim cum hominibus in compendium ac frugem societatis humanæ gignendis , à Deo destinata sit , materni sæpius officij oblita , habitum novercæ induit , monstrososq; nonnunquam , beluinâ feritate efferatos , in humani generis perniciem ac desolationem , heu dolor , creat ac profert ; quorum quidem sentina , ferè omnia omnium retrò seculorū Regna & principatus occupavit , & orthodoxâ Ecclesiam juxta ac Politias , multis ijsq; cruentissimis affixit cladibus ; maximè tamen longo iam tempore , in Regno Antichristi , Romani pontificis , ancoris fixa subsistebat , cum Christianæ Religionis insigni naufragio : ille enim cum tota pontificiorum farragine , cui unâ cum Diabolo præest , in omnem rationis abusum , humanæq; consuetudinis desuetudinem quasi genitus , Christianam religionem , pietatemq; , quæ Rebuspub. debetur , exclusus ; in omnia ubi salvifica fides , civilisq; libertas hospitantur , tum sigillatim tum etiâ vniuersim Regna & principatus , ferro & flammâ multos iam annos sævit , eaq; tantum non pessundedit , delevit . Quod , si quis per imprudentiam non credat , vel alia de causa negare præsumat , expectet quæso , donec per inhospita Immanitatis telqua expatiatus , & pontifices Immanes esse , & Immanitatem illorum Regem nostrum è fasciculo viventium excerpisse probavero .

**I**mmanitas ( græcis *ἄνομιος* dicta , quod bestiis quam hominibus sit convenientior ) homines signare solet , qui de solio rationalis naturæ , in ferinæ sterquilinum & fecem deturbari se patiuntur , depositoq; , imò absorpto rationis dominio , solo sensuum affectu adinstar ferarum reguntur , & ad ea non rarò perpetranda à quibus & ipsa per naturam abhorreret bestia , proclives feruntur & præcipites : undè Philosoph<sup>o</sup> , *homines* , inquit , *qui vitijs alios antecedunt turpi & infami ἄνομιος nomine notam<sup>o</sup> . Et alius , Quemadmodum virt<sup>o</sup> Heroica , moralium virtutū est splendor , supra humanam conditionem nos elevans : Ita feritas est perversio humana appetitionis , infra hominis conditionem nos deprimens : Hinc constat , feritatem nihil esse aliud , quam humanæ appetitionis in ferinam commutationem , omnem rationis usum excludentem , ex perversione veri amoris ortam , per quam , hoc vitio*

*Anstoteles. piccolo-  
mincus. ]*

*Definitio.*

## ORATIO DE IMMANI.

*Causa & fomenta*  
*Im: 1. &*  
 2  
 3  
 4  
 5  
*Virgili?*

laborans, infra hominis conditionem deprimitur. Manat vitium hoc teterrimum diabolo procuratore, à duobus communiter fontibus, Impietate videlicet & Iniustitia, quæ ubicunq; palmam obtinent, mox ratio, virtus & ipsa humanitas exulare coguntur: fovetur deinceps nimia ira & ulciscendi libidine, quibus in bestiales actus ita præceps nonnunquam agitur homo, ut sui ipsius obliviscatur ac in bestiam degeneret. Testis est Tomyris Schytarum Regina, quam reponendæ vindictæ cupiditas, ad immanitatem tantoperè impulit raptavitq; ut liquefactum aurum in guttur capti hostium suorum ducis infunderet, maledicta hæc superadens: *aurum sitisti, auro sitim leva.* Iuvatur insuper vanâ suspicione & tetrâ conscientia, quibus Tyranni ad excogitandum nova & insolita suppliciorum genera sæpius extimulantur: Alitur haud mediocriter avaritiâ, præsertim si ambitioni coniuncta fuerit; Nam sicuti Poëta,

*Quid non mortalia pectora cogis  
 Auri sacra fames?*

6  
*Distributio.*  
*Cicero.*

Quantus etiam ex ebrietate & crapula (quæ si furor non est, furori tamen valde similis) accedat immanitati fomes, dici non potest: imò hoc unum dici potest, quod Alexander Clitum à puero unà secum educatum, sibiq; hoc nomine valde charum, inter epulas & pocula largiora, violentâ manu furibundus transfoderit. Hæc cum primis fomentis, velut radicibus pessima arbor *Immanitas*, primùm propullulat, abitq; tandem in innumeros quasi ramusculos, omnes humano generi insigniter noxios. Nam si quod res est fateamur, tot species habet Immanitas, quot virtus, quarum singulæ singulis respondent virtutibus; sicut enim virtus rationem, ratio hominem: Ità feritas irrationalitatem, hæc bestiam insequitur; quas tamen omnes cum recensere & pervolvere, ipsum Orationis institutum vetet, statim in limine sermonem hunc, ad duas principales & feritatis formas efferatioris restringo, acturus primùm de ea, quæ Dei cultum, mox etiam de alia, quæ pietatem erga Respub. ejusq; cives pervertit.

**R**ECTÈ, Auditores, & sententiosè Eloquentiæ parens Cicero, *Nulla, inquit, Gens, neq; tam fera, neq; tam immansueta, quæ, etsi ignoret qualem Deum habere deceat, tamen habendum sciat.* Enimverò, historias omnium gentium, indè ab exordio mundi literis mandatas, & fideli custodiâ feræ posteritati relictas, singulari indagine pervolventi, vix ulla natio, ne quidem in medio paganismo obvia fiet, tam fera aut barbara, DEUM ali-

## T A T E P O N T I F I C I A .

aliquem quæ non confiteatur, suis honoribus veneretur, ac sacrificijs, iratum studeat placare. Nec id mirum quidem, cum Deus religionem hominum cordibus implantaverit, dum simul ac per creationem, gratam de se famam in omnibus rebus sparserit, adeò ut non tantum cæli gloriam ejus enarrent, sed quælibet etiam herbula testetur præsentem. : hominem præstantissimum animal, amore Creatoris ceu præciosissimo philtro donavit, ut etiam occæcatæ gentes, naturâ, quæ legis divinæ sunt, scirent perpetrare! Ergo, quicumq; aut Deum negant, aut, si confiteantur, genuinum ei cultum derogant, superstitiosum & adulterinum substituant, pro quo non minus defendendo, quam sincero abolendo, cædes ac sanguinis effusiones machinantur, ferro, fumo & flammis in intima Ecclesiæ viscera, leoninâ plusquam perciti rabie, sævut, primam ac supremâ Immanitatis cathedram occupare, verè creduntur. In vitij huius theatro, ultimis non sunt digni subfellijs Epicurei, qui nullum omninò Deum agnoscentes, vitam vivunt prorsus belluinam, adiungentes sibi etiam hodierna securitatis mancipia, quæ Deum licet ore confiteantur, ipso tamen opere negant & supinè habent: dignabimur hîc Turcas & furi-bundos Iudæos civitate, utpotè quibus Trinitatem stolidè negantibus contingit, ut omni Numine destituti, bestię vivant; *Omnis enim qui negat filium, nec patrem habet*; Sed & sectarios huic corpori immiscendos putamus, qui unum & trinum Deum, ut ut confitentes, fanaticis tamen suis opinionibus, vel cum Antitrinitarijs essentiæ divinæ unitatem discerpunt; vel cum Noëto, discipulo eius Sabellio & Patropassianis, personarum Trinitatem convellunt &c. Quem idolomanix furorem Paulus Samosatenus, circa Annum Christi 269. & in recenti hominum memoria, Servetus, sub alio tamen fuce, recoxerunt. Celebres autem in hac immanitatis specie fuerunt Ethnici, qui homines, bruta, cælum, astra, arbores, herbas, ut cæpas & allium, infinitasq; alias res, sibi cæteroquin noxias, mentis cæcitate præventi, & à Diabulo idolorum principe seducti, fascinati, divinâ veneratione dignati sunt, imò, ut iisdem in privatis pariter ac publicis sacrificijs res divina fieret, in humanum etiam sanguinem truculenter pergrassati. Pontificijs verò ( ut ad institutum propius accedam, ) vix denegabitur hîc jus sedendi in orchestra, qui ut ut humanam naturam à Deo & genitoribus sortiti; ut ut Deum ejusq; verbum edocti; passi tamen sunt se à diabulo & propria superbia in bestias deformari, adeò ut maximis Tyrannis & infami-

*Propositio  
primæ  
partis.*

*Psal. 142  
I.*

*Tit. 1. 15.*

*1. Iob. 22  
23.*

## ORATIO DE IMMANI.

bus Idololatriæ palmam præripuisse videantur. Incedimini enim mecum quæso, Aud: salebrosam doctrinæ Pontificiæ campum, & exhorrescet animus, sceleratam & nefariam eorundem intuens religionem, detestandamq; prorsus Idolomaniam. Nihil nunc de transubstantiationis figmento dicam, ex quo tamen tanquam pravo semine, tres propagines succreverunt, *artolatria videlicet, theatrica panis Sacramentalis circumgestatio, ejusdemq; in sacrajs asseruatio*, horrendam Idololatriam, quavis gentiliū immaniolem, ceu noxias aristas & pestiferam messem ferentes: Nihil de tetro & abominando Missæ Idolo, quo, quoties Christum semel pronobis natum, passum, oblatum, peregrinarum denuò vobum murmure creant, ad aras conficiunt & offerunt, toties se gentiū Immanitatem multis parasangis supergressos propalam ostendunt, quippè quorum summa Idolomania erat, humano sanguine aras imbutas conspergere. Nihil de purgatorio; Nihil de limbo patrum, horrendis religionis pontificiæ monstris, nihil de alijs portentis, ratus solam sanctorum & papæ invocationem, confictam illam è pontificiorum cerebro chimerā, ad probandum Idololatricum illorum cultum sufficere: quantum enim divinorum cultuum tribuunt sanctis demortuis, & antesignano suo papæ, tantum Deo vero perfidè suffurantur. Nihil autem immanius, nihil humanæ naturæ magis aversum, quàm eripere ei cui omnia debentur, suos honores & sua jura, quod faciunt pontificij. Præfert verò illis facem, Infernalis ille Abbadon Papa, omnis iniquitatis fax & tuba, qui vicariatum (si quis esset) Christi, ceu fur & latro ingressus, ipsi se Christo æqualem non modo præbet, sed omni suberbiâ tumidus, præponit etiam, absolutamq; sibi in Ecclesia potentiam arrogat. O luteum Numen, Diaboli mancipium, quàm Christi vicarius, rectius nominandum; execratione quàm divino honore dignius.

Hinc tanquam ex impurissima scaturigine, horrenda hæc promanarunt dicteria & quæstionum vanitates. Nimirum, papam posse novum articulum fidei condere; Angelis imperitare; omnia jura divina pariter & humana in pectoris scrinio habere: esse Christo ipso (O detestandam blasphemiam) clementiorem, cum papa [uti prætendunt] multos, Christus verò nullos à purgatorio redemisse legatur: Item An possit aliquid contrà Euangelium statuere? An possit errorem errare? quod sit Magister fidei, fundamentum, sponsus & universalis Ecclesiæ pastor, omnium controversiarum summus & absolutus iudex, nullius, ne quidem verbi divini

## T A T E P O N T I F I C I A .

divini iudicio subiectus, adeò ut licet infinitas populorum myriades ( ne contabescat quæso horrore anim<sup>9</sup> vester ) papa, ipse infernalis titio in gehennam præcipitaret, à nemine tamen erroris sit redarguendus &c. quæ unquam immania dici possunt si non hæc? Immanes profectò illi, qui cum verum Deum ignorent, Idola colunt: Immaniores, qui omni Numine prorsus spreto, vitam vivunt cyclopicam & Epicuricam: Immanissimi a. qui verbo Dei de vero Numinis cultu informati, divinum honorem ipsi subtractum, satanico plusquam astu & audaciâ ad se rapiunt; tales a. papicolæ. Equidem profectò, si quod res est, dicamus, nefanda Gentium idolomania, in deorum dearumq; delubris, varijs hominibus ad divinum honorem evectis, sub statuarum superstitiosa adoratione stolidè attributa, iam primùm in pontificatu sub sanctorum & Papæ veneratione, ad oculum expressa videtur: potestis ne inficiari papicolæ? At; nonnè papa ter optimus à vobis proclamatus, tergemino suo diademate insignis, & bruto excommunicationis fulmine ferox, Gentilis ille est Jupiter, qui fulminis trifulci potestate olim potens erat? Nonnè Deiparam primam dearum Junonem facitis? Nonnè S. Gregorius, qui apud vos equitis nomine colitur, formidolosus vester Mars est? Nonnè Leonhardus, cui equorum curam Committitis vester gentilis Hercules est? Nonne S. Nicolaus vobis gentilis Neptunus est? Et quis omnes vestros deos enumerare potest? Sufficiat in hisce vestram Idolomaniam tam crassam & palpabilem, Ethnicorum illâ, multò deteriore monstrasse; quam enim illi ex mera simplicitate & ignorantia exercuerunt, illam vos ex *αγαθήσει* & sola superbia.

Quid referam vobis (nesciam tamen an obimmanem, quam præse fert, fæditatem, & fædam immanitatem, referre quâ tacitè execrari sit satius?) quid tamen vestra cum patientia & venia, referam de Monachorû & Monacharum lerna, quæ ferarum rabiè non induisse, sed superasse videtur. Etenim Deo castitatem cælibatus cum voverint, pollutis periurante votis, cælibatuq; incestè conspurcato, nullius vel sexus vel consanguinitatis habitâ ratione, promiscuè congregiuntur: concepto tandem fætu fæminæ, ne scelus execrabile pateat, & pænas patratae dent immanitatis, ad insigniorem feritatem prolabuntur, & vel adhibitis medicamentis abortionem procurant, vel foetus in utero occidunt, projiciuntq; frustillatim, vel in lucem editos, cruentâ morte conficiunt, maectant; Monachis conscijs, authoribus,

## ORATIO DE IMMANTI-

administris. Deum immortalem, quæ unquam ferarum truculentia cum hac comparanda? Quid unquam execrabilius aspicere potuit Sol, quam parentes in liberos ad necem usq; impiè & prodigiosè debaccari? Hoccine est ipsissimæ naturæ vim inferre? Hoccine est naturalem ortus sui legem, impetu pluraquam monstrifico violare? Quo comperto etiã Gregorius Magnus ipse pontifex, cum antea sacerdotes cælibatui severè ad-dixerit, ingemiscens edictum protinus recantavit, ratus nubere, quam cædib<sup>9</sup> ansam præbere, consulti<sup>9</sup> esse: ad quod etiam reuo-candum, tragicã quadam est fervorum suorum piscaturã exstimu-latus, quos, dum aliquandò in piscinam Monasterio vicinã piscatũ misisset, invenerunt in eadem sex millia submersorum infantium capita. O sanctitatem sanguinolentam, feris non hominib<sup>9</sup> dignã, imò ne illisquidem. Nulla immanitas major; nulla detestabilior truculentia, nisi hæc fortassis, quæ etiam Monarchorum; qui san-ctitatẽ mentiti, dum carnis stimulos & libidinũ flammæ nequeant compefcere [exhorrescit anim<sup>9</sup> referre.] cum brutis se fœdè com-miscant. O Monachi, diaboli & affectuum mancipia, quis tanto-perè miretur spiritum sanctum in scripturis vos unã cum jove vestro papa, magno Antichristo, bestiam expressè nominasse, cum bestiales non sitis tantum, sed & illis immaniores! de catella Ioviani Pontani, & equa Johannis Vignitmillij, literis proditũ est, neutram à filio suo se miri passam, ne quidem cum gestiendi tem-pus adesset, procurantib<sup>9</sup> id licet Dominis, imò ad coitum non raro per servos cogentibus, sed ambas in filios congressum appeten-tes rabiosè illatas, illam suum dentibus; hanc v. suum unguis, malè habuisse, cogentesq; servos mordicus à se rejecisse; vos a, Monachos, non pudet cum brutis, pariter ac consanguineis in-cestuosè commisceri! O impudentissimam bestialitatem! O bestialem impudentiam!

Plura de monstrosa papalium religione & referre possem & vellẽ, nisi temp<sup>9</sup> deficeret; nisi patientiã vestrã abuterer; nisi eti-am aures vestræ, satis in synceram religionem immanitatis, atq; in Deum pariter ac ejus cultum audivissent blasphemiarum. Hanc tamen suam religionem, non satis est pontificijs in se abo-minandam foverẽ, promovere; suasionibus, malis artibus & sub-dolis machinationibus evulgare, alijsq; insinuare, nisi etiam bello, tyrannide & exitatis persecutionibus, omnibus hominibus, cum primis verò Lutheranis, imò toti orbi violenter obtrudere co-mentur. Conatos autem fuisse indè usq; ab Apostolorum tempo-ribus

## T A T E P O N T F I C I A .

ribus omnem antevergens calculum Martyrum caterva, locupletissimè testatur, in quam à Meretrice Babylonica Christianorum sanguinem sitiente gnaviter sævitum est; adeò ut non existerit tempus, in quo vera ecclesiæ membra magnam non sunt passa cladem.

A dispersione Apostolorum in gentes, facta Anno Christi 49. usq; ad Sylvestrum primum, Episcopum Romanum, Imperatorè verò Constantinum Magnum, annis circiter 270. ut ut Ecclesia pijs Episcopis gavisa, multi tamen de religione controversiarum tempustatibus vexata, & decuplâ decem Tyrannorum, Neronis, Domitiani, Traiani, Marci Attonij, Severi, Maximini, Decij, Valeriani, Aureliani & Diocleriani persecutione, lamentabiliter adpetita fuit. Postquàm verò sub Christiano imperio Constantini Magni, fessa Tyrannorù strepitu Ecclesia, nonnihil respirasset, eiq; aliquantulum tranquillitatis esset afflatum; surrexerunt lupi devastantes vineam Domini, Episcopi scilicet Ecclesiæ Romanæ mitrati, numero à Sylvestro primo, ad Gregorium Magnum 32. qui simulac multis decretis & canonibus, Anti-Christo Romano sedem præpararunt, Tyrannis continuâ ducentorum Octoginta fermè annorum serie, multarum cædium & effundendi sanguinis ansam præbuerunt. Cum tandem volveretur à natiuitate saluatoris, annus 606, Occiso prius Cæsare Mauritio, Phocas adulter & Cæsaricida, Regnù magnæ bestiae, *Apoc. 11.* quod Sodoma & Ægyptus vocatur inchoavit, ipse bestia, & Episcopatus Romanæ Ecclesiæ in principatum, non dicam, pompaticam Tyrannidem degeneravit. Anno enim secundo imperij Phocæ, corrupto Cæsare indefessis petitionibus, largitionibus fortioribus & falsis rationibus, Bonifacius tertius, in papatu sublimatur, confirmatur, adoratur, omniunq; Ecclesiarum & Episcoporum non tantùm, sed & Cæsarum ac Monarcharum dominus acclamatur; sub cuius postea non minus quàm successorum sodomiticis imperijs, quantum innocentis sanguinis sit effusum! quot & quanta homicidia plusquam Neroniana annis amplius 247. patrata! præ gemitu, præ suspirijs, præ dolore nec ego referre nec vos audire potestis. Regno magnæ bestiae sub tyrannide Leonis quarti vix dum finito, cù adhuc nonnihil Lutherani sanguinis esset residuum, Iohannes Anglus, Moguntina puella, Gilberta primùm dicta, virilem mentita sexum, spiritualiter ac corporaliter, re, omine ac nomine meretrix, Regnum Meretricis magnæ & impudentissimi scorti Babylonici instauravit, *Apoc. 17.*

Anno

## ORATIO DE IMMANI

Anno Christi. 855. ex quo ad annum Christi millesimum, pontifices in omni foeditatum genere luxuriantes, *in Concupiscentijs foeminarum versati, facti sunt Equi emissarij, & annis inter se 146. usq;*  
*Dan. 11.* ad Sylvestrum secundum, tyrannicum calicem, Christiani sanguinis plenissimum, ad temulentiam usq; ventilarunt.

Sed & Sylvester secundus, diabolicus magus, temulentâ  
*Apoc. 20.* Meretrice, *Regnum Draconis magni* exorsus est, ut qui cum successoribus omni seductioni, tyrannidi ac Christianæ veritatis oppressioni (non addo foeditates plusquam sodomiticas) sedulam impendens operam, Romam jam primùm, *Synagogam satanae ac sedem Diaboli, habitationemq; Demoniorum ac omnis immundi spiritus custodiam fecit,* adeò ut per 248. annos, ad annum Christi 1243, pontificatum verò Innocentij quarti, non homines, sed ipsū diabolum, personis Pontificum & crudelissimorum Tyrannorum, in orthodoxæ doctrinæ confessores furiosè illatum, regnasse creditum sit.

Ascendit tandem ex imis Inferni adytis, *Angelus Abissi Abbadon,* qui sub Innocentij quarti & reliquorum usq; ad Julium secundum, pontificum personis, Clavem cæcitatum & tenebrarum infernalium tenens, è Tartareo fonte locustas turmatim evolare fecit, illarumq; id est, omnium ordinum Monachorum, Diaboli calorum & emissariorum, execrabile Regnum, Christiano sanguini maximoperè noxiū, erexit, stabilivit, & ducentorum sexaginta annorum Martyrijs auctum, ad annum Christi 1503, tragice administravit.

A tempore Juljani secundi, Bellatoris Diabolici, usq; ad hæc ferè desperata, quamvis juxta vaticinia spiritus sancti, potestas Romanæ bestiae ruinam sit passa & diminuta, nunquam tamen desijt truculenta in electos Dei sæviendi libido; quin imò metuendum est pontificios, ad ultimam ultimi judicij tubam tyrannicum virus, in Lutheranum gregem, igne, laqueis, gladijs & nullo non mortium genere, effusuros, quippè cruento Marti, quam Christo semper deditiores! Testis est persecutio sub Iuliano secundo & Paulo Tertio impijssimis Pontificib; sub qua Tyranni multorum non tantum substantiam absorberunt; sed & sanguinem hauserunt, omni humanitate exuti:

Testis est crudelissima Antichristi carnificina, quâ sub fucato sanctæ inquisitionis nomine, in Hispania, instinctu Monachorum factionis concionatoriae seu Dominicanæ, vix 30. annorum spatio, centum quinquaginta millia Christianorum, consumpta sunt  
 & Mar-

## T A T E P O N T I F I C I A .

Martyrio coronata. Testis est Gallia, in qua paulò antè inquisitionem Hispanicam, accenso ob religionem, per Satanæ flabellum, Cardinalem Lotharingicum, ferventissimo persecutionis incendio, haud exigua Lutheranorum pars, abscissis primùm lingvis, nè coràm religionem testarentur, igni combusti sunt. Taceo familias numerosas nobiles, eodem tempore à prædijs & possessionibus suis turbatas. Taceo infinitas hominum myriades partim carceri æternùm mancipatas; partim in luctuosissimum exilium actas; ô acerbissimum spectaculum! ô dolorem intolerabilem! Quousq; pateris ô Deus inimicorum fremitum adversus pusillum gregem tuum? Cur non surgis ô Domine, & sanguinem innocentium non vindicas? Quàm admiranda est bonitas & longanimitas tua Domine! Sed redibo undè elapsus. De Germania quid putatis Auditores? fatinnè illa feritatis pontificiæ experta? heu dolor heu lachrymæ, pl<sup>o</sup> satis: Quot & quantis fortunarû vicib<sup>o</sup>? Quot tyrannorum telis priscis tēporib<sup>o</sup>, antè & post factâ, per beatum Lutherum, reformationem, misera Germania fuerit expōsita, eò quod orthodoxæ Religioni hospitium præbuerit, credi vix, nedum dici valet; singulæ autem ibidém civitates, singulæ domus, imò ipsa suppliciorum genera quibus in intima Lutheranismi præcordia sævitum est, sufficientér testari. Sed quid opus est prisco Germaniæ statui diutius immorari, & vulnera Ecclesiæ dudum inflicta refricare, cum in hodierno bello, ad demonstrandum efferatam in Germanos pontificiorum feritatem, satis habeamus materiei: Quotus enim quisq; est, nisi aut mentis impos fuerit, aut nuper ex antro Trophonij erepserit, cui non ad horrorem usq; compertum sit, quot incendia, quot focos, quot cædes Cæsariani Tyranni in promiscuam Teuthoniæ plebem, annis nuper elapsis spirarunt, odio Religionis plusquàm theonino perciti. Certè profectò, quandocunq; ingentem Christiani sanguinis molem effundere licuit, & Teuthonicam terram cadaveribus consternere, vultus Tyrannorum & reliqua corporum membra, lætum ardorem præ se tulisse accepimus; feritatis verò usu, quandoq; dempto, prædâq; quasi è manibus ereptâ, furiosum dolorem; speciemq; animi passorum deliquia retulisse, tyrannosq; pessimè habuisse aliquid Lutheranarum virium superesse, quippè sæviendi libidini deditissimos. Testes sunt, Stralsundia, Pasavaldia, Magdeburgum, &c. Errori huic nisi maturè fuissent iniecta frena, virus suum ultra mare Balticum, in nos plagam hanc arctoam incolentes effudisset. Nam dicite, amabò, quid causæ, cur durante adhuc inter nos & Polo-

## ORATIO DE IMMANI-

num Martiali sævitiâ, Cæsar Ferdinandus exercitum suum bis in Borussiam, sub Holsato primùm, dein, Arnhemio ducibus, sub proprijs vexillis, nullâ factâ clarigatione, aciem nostram dissipaturum miserit? nisi ut hostem è Suecia quæreret, domestico sanguine, quem cruentus effunderet mucro, destitutus. Quid causæ cur Tyrannorum decus (dixissem fex & dedecus) Wallensteinus, urbem Sraalsundensem gravi concussione, infueta tributi exactione, & receptus exercit<sup>9</sup> sui postulatione, indignè vexatâ, obsidione cinxerit, & expugnare conat<sup>9</sup> sit? nisi ut captâ urbe, & portibus maris Balthici occupatis, cum Cæsariano exercitu in patriam hostis irrueret. Quid novus ille titulus, quem Wallensteinus sibi ceu maris Balthici gubernatori generali usurpavit? Quid instructæ in mari classes aliud quàm necem nobis inferendâ portendere potuerunt? Cur nostri legati Lubechâ gratiâ obtinendæ pacis, & exortarum controversiarû componendarum, euntes, contrâ jus gentium reiecti, & solo Germaniæ prohibiti sunt? Cur literæ Regis, antea ad principem Transylvaniæ datæ à Cæsarianis interceptiuntur, resignantur & leguntur? Cur populares nostri iter commerciorum causa in Germania habentes, spoliantur, abducuntur? Cur Regis nostri amici, cognati, & qui cum eo faciebant opprimuntur, proscribuntur & in exilium aguntur? Omnia hæc, quantacunq; sunt (quæ certè maxima sunt) omnia inquam abundè probant Cæsarianos eam nobis, quam diu moliti sunt & minati, violentam persecutionem, odio Religionis inferre voluisse.

Ergò Rex noster, beatæ & nunquam intermoricuræ memoriæ, cum orthodoxam Religionem in Germanorum Martyrum sanguine natam, animamq; pènè agere videret, in nostra verò patria haud mediocriter periclitari, hosti tanto non juxta, sed extra patrios focos obvium se dare duxit, non quidem ut Religionem ipsam, quam spiritu oris Dei solo defendi didicit, ferro assleret, sed ut nobis, quib<sup>9</sup> ob Religionis synceritatem extrema quævis intentari videbat, heroico patrocínio adesset, tantus amator nostri! Undè, pactis cû Polono sexennialib<sup>9</sup> inducijs, capto etiâ consilio, non tantum à senatu & ordinibus regni sui, sed & collegio Electorali; antè omnia verò fuis ad Deum precibus! Heros ille incomparabilis, nulli Monarchæ secundus, ad petitionem oppressæ Germaniæ, in Cæsarem se effudit, strictumq; in nomine Sacrosanctæ Triados, gladium, in phalangem Cæsarianam tam fortiter adegit, ut omnem tyrannidem, nostris templis, Ecclesijs,

## T A T E P O N T E F I C I A :

fiss & sacris diu intentatam, Germaniæ verò illatam, masculè sit  
 amolit<sup>9</sup>. Ast, heu, eheu, qui à nostris cervicibus hostium truculen-  
 tiam avertere valuit, à sua non potuit, quia noluit, proprii capitis  
 discrimine, securitatem nostram redimere paratus. Regem  
 enim gloriosissimū, in ultima cum hoste apud Leitzium, eaq; ac-  
 erissima armorum velitatione, in medijs triumphis, in maectandis  
 hostibus occupatum, brachio primū, dorso ac capite lethali-  
 tē iectum, postquam liberum Religionis exercitium Teuthonicis  
 redonasset, cruenta fata tulerunt. O Romana bestia, non sat antè  
 ebriata fuisti quàm Regis nostri sanctissimi Martyris sangvi-  
 nem devorares: Tua; tua inquam Immanitas Ecclesiam defen-  
 sore; tua feritas divinam gloriam vindice privavit; Quis summo-  
 petè te non execretur? quis omne in te acerbicatis virus meritò  
 non refundat? Nostrum autem est A. animos nostros, quam-  
 vis grato Induciarum rumore ceu suavi aurà refectos, non delitijs  
 carnisq; voluptatibus laxare, sed quoties mortem Regiam me-  
 moriā versamus ( atq; utinam quotidie versaremus ) mærore &  
 suspirijs maectare, scientes fatum Regis, nostrum fuisse, id quod  
 nunquam satis deploranda in bello Germanico *κατάστροφῆ*, post ex-  
 equias Regij funeris insecuta, cum Christianismi irreparabili  
 damno, testatur. Doleamus itaq; & execremur, rabiosam Pon-  
 tificiorum Immanitatem, tanti infortunij causam: Doleam<sup>9</sup> amis-  
 sum Regem, omnium, quos unquam tellus tulit, Regum exem-  
 plar & Phænicem: Doleamus nostram ipsorum vicem, utpotè  
 qui ob Regis mortem, ipsius fortunæ faucibus expositi videmur.  
 Plorate templa & suggestus, amisistis defensorem: Plorate Aca-  
 demia, & cathedræ amisistis nutritium; Plorate omnes Christia-  
 ni, amisistis Religionis vestræ tutorem & patronum. Clamate  
 mecum: O Deus, in quæ tempora nos reservasti! *Cecidit enim Thren. 5.*  
*coronæ capitis vestri, vae vobis quia peccastis.* Sed ut Elegantiæ  
 defectum grata compenset brevitatis, ad alterum Orationis caput  
 brevioribus pertexendum descendam.

**P**atriam A. ejusq; libertatem donorum divinitus concessorum, *Alterna*  
 post religionem maximum esse, nemo, nisi quem natura *Orationis*  
 servitati mancipavit, negatum ibit. Patria enim ( ut suum huc ac- *pars.*  
 commodet Lipsius ) est qua nos excepit, fovit, aluit: *communi gen-*  
*tium sensu, sanctissima parens:* sicut ergò qui pro libertate patriæ *lib. de*  
 tuenda, nec vitæ nec fortunis parcunt, laudibus ad cœlum usq; *Const.*  
 evehendi, & inter Deos meritò referendi sunt: Ità qui eandem *Cap. 10.*  
 solâ dominandi libidine perciti, tyrannicè insectantur, & quovis  
 tormentorum genere de medio tollere conantur, execratione dig-  
 ni sunt

## ORATIO DE IMMANI-

sunt, & non tam truculentissimarum ferarum, quam diabulorum catervæ ascribendi : pervolve enim, si placet, integram historiarum compagem, & vix apicem tibi dabit monstrantem Leones, Tigrides, aut id genus ferocissima animalia, coactis aliundè præsidijs, adversum seipsa in acie congressa. In hoc tamen sceleratissimæ Immanitatis genere multi peccant & cruentantur, non solum cives ejusdem Reipublicæ, sicut civilia tot & tanta Romanorum bella testantur, quæ tantam præ se tulerunt Immanitatem, ut pater [horrendū dictu] nō rarò filij & filius patris iugulū hauserit, mutuoq; sese confæderaverint cruore! Sed cum primis etiam ij, quos Dominos, Principes, Reges, Cæsares & Monarchas appellamus, quippè qui potentiâ & armis armati, freno legum dentibus manso, tandemq; eiecto, adeò efferi fiunt & feroces, ut cum Polynice apud Senecam velint *patriam, penates, coniugem, pro regno flammis dare*. Defamata tantoperè Thebanorum bella, quid aliud nobis referre habent, quàm fraternas acies, alternatq; Regna profanis decertata odijs? Verùm non uno hic peccatur modo: Quidam enim iniustis cædibus Regna occupant: Quidam occupata, nè ad alios transeant metuentes, cædibus retinere annituntur, & vel ex se natos cum Astyage Medorum Rege, vel cognatos, cum Mahumete Asiæ & Græciæ Imperatore, vel alios quosq;, quorum non minus virtus, quam naturæ indoles alicujº domini est præsaga, morte conficiunt, quò soli imperijs potiantur: Quidam avaritiâ, quæ Immanitatis fomes, comes verò ambitionis est, exæstuantes, multos, quorum bonis inhiant, imperio & libertate exuunt: Quidam, dum amari se à nemine, ab omnibº verò odio haberi suspicantur, tormentorū crudelitæ populū coercendum, & authoritatē sibi conciliandam rentur, Roboamū, Dariū Hystapsis filium Persarū Regē, Reges Sicularum aliosq; hujus farinae tyrannos hac ratione imitati: Quidam petulanti quadam libidine, & animi tantum gratiâ, libertati civium insultant, quorū facile princeps erat Cajº Caligula, qui privatis paritèr ac publicis ruinis oculo pascere, animumq; quasi saginare solitus est, qui populum quoq; Romanum unam tantum cervicem habere optavit, quò uno simul ictu universum funderet humi. Neq; ab his alieni sunt illi, qui in bello hostium copijs, vel in pedes actis, vel cæsis, vel captis, in captos & mortuorum cadavera truculentâ manu feruntur: Nam si ex instituto & militari lege est, in prælio interq; conferendas manus, tela in stantes acie tantum vibrare: Erit profectò ex Immanitate, in captivos denuò debacchari, ac in solo iacentibus, biduanis nonnunquam, aut tri-

duanis

## T A T E P O N T I F I C I A .

duanis insultare cadaveribus: Quod tamen ab Hannibale, post  
 cladem Cannensem factitatum tradunt Historici. Sed & qui  
 ob iram, odium ac vindictam, agros & vineas vastatas, solo  
 æquant, regiones depopulantur, incensas urbes in favillas redi-  
 gunt & cineres, exuvias truculentissimarum bestiarum induisse  
 creduntur: Quorum antesignanus meritò dicetur Carolus Bur-  
 gundiorum princeps, utpotè qui in urbis Lige Tyrannica dire-  
 ptione, omni savitiâ pertumidus, non vineis, non agris, non pra-  
 torum campis, Imò, non aris, non focis, non hominum clamori  
 cessit, sed ceu furibunda bestia, in omnem Immanitatis exuperan-  
 tiam præceps rapiebatur. Neq; ipsi etiam proditores ab hoc Im-  
 manitatis cæno eximendi, quippè quibus fides, & jurisjurandi reli-  
 gio, cum insit, in tantum ab humanitate ad Immanitatem decli-  
 nant, bestiasq; supergrediuntur, in quantum fidem datam fal-  
 lunt, ipsamq; adeò patriæ cervicem, unà cum Iurejurando tyran-  
 nis venalem prostituunt & feriendam: quod perfidiæ malum,  
 Regnum cum primis Megapolitanum (ut cætera taceam) in extre-  
 ma sæpè coniecit discrimina.

Quin & illi, qui ob dominandi pruritus, in alios venenis  
 grassantur, omnem Immanitatis mensuram implese videntur,  
 dum eo nomine ferocissima bruta superant, quibus nec arte qui-  
 dem, nec natura talis inest sensus astutiæ; perimendi.

Omnibus autem his modis ( ut iterum ad scopum deveni-  
 am) in publicam civium, Rerumq; publicarum libertatem Ro-  
 mana bestia, Antichristus cum satellitibus nequitèr grassatur;  
 Imprimis quidem in propria persona ipse Pontifex, qui aureæ liber-  
 tatis osor existens, in igna audaciâ fraude & crudelitate, summos  
 imperatores & Monarchas, totius orbis terrarum, sibi subiugavit.

Ab exordio enim Imperij Phocæ, aut si calculum exactius  
 ponam, sanguinolenti Episcopatus Stephani secundi, sub quo fa-  
 ctus pontificum altis jam primum radices agere cæpit, usq; ad ho-  
 diernam meretricem, quæ in Ecclesia Rebusq; publicis tyranni-  
 dem exercet, continuâ paparum successione, vix dabitur vnus, qui  
 papalis Immanitatis & oppressæ, conclucatæq; secularis Majesta-  
 tis (ut ut divinitus ordinationis) non tot specimina ediderit, quot  
 vixit horas; quippè qui summos Monarchas, non tantum pro Va-  
 fallis, sed & abjectissimis mancipijs habentes, prætoris decreta,  
 immanem in principes tyrannidem, ceu toxicum quid spirantia e-  
 ructarunt; Quod scilicet Imperator sit papæ vasallus, & imperium  
 ab eo feudi hominis teneatur: quod Imperio à papa deponi possit:

## ORATIO DE IMMANI-

quod jus eligendi imperatorem à Romana (quam illi Apostolicam falsò dicunt) sede, in Germanos principes sit derivata: quod papa imperium de gente in gentem transferre possit, & sub interregno ipse imperator sit: quod principes Regesvè, equum equitaturi papæ, freno ducant, stapedes teneant, stratorum officia adimpleant & ad sandalia pedesq; cornutæ bestiæ exosculandos provolui teneantur: Id quod Pipinus Francorum Rex & Fridericus imperator exemplis comprobarunt: Et quæ sunt plura decretorum portenta, quæ omnia blasphemio hoc & impijssimo, ceu reliquorum epitome comprehendunt, dicentes: *De necessitate salutis credendum esse pontifici Romano creaturam omnem esse subj. Etam.* Obsecro vos, Audit. hæc si non immania & blasphema, dicite, quæso, quæ dicenda sunt? Miramur O Deus longanimitatem tuam, tam crassam sufferentem blasphemiam! Miramur cælum non dirumpi medium! Miramur terram non dehiscere! Credite autem mihi, hodiernæ & futuri pontifices, nisi ad saniozem redeatis mentem, erit tempus, quandò Deus blasphemum os compescat & æternis coerceat pænis: Erit tempus, quandò vobis vestraq; turgidæ blasphemiæ, non terra, non elementaris aqua, sed ipse infernus sulphureum illud stagnum dehiscat. Sed iterum ad rhombum: Ipsi pontifices, qui (uti dictum) plus quàm Imperatoriam Maiestatem aucupantur, principibus & imperatoribus authores sunt, ut ob fucatam, quam mentiuntur, Religionis sanctitatem, in omnes mundi angulos, præter omne mandatum disseminandam, crudelia arma in alios Reges, præcipuè Lutheranos, à quibus nihil omninò iniuriarum acceperunt, eorumq; Regna & principatus effundant, & libertate imperij spoliatos, solo æquent: Indè est quod alij alios veneno, alios perfidis machinationibus, alios proditionibus, alios aperto Marte, de medio sustulerint reguandi causa, Papæ & Harpyis Jesuvitis suggerentibus. Exempla vobis per plurima ex annalibus sistere possem, nisi tempore excluderer; nisi etiam unicum hoc idq; satis tragicum, quod post mortem Gustavi Magni, heu dolor, recrudit, Germaniæ fatum sufficeret. Enimvero, Ferdinandus secundus Romanorum Imperator, calice meretricis inebriatus, quamvis Bohemorum rebellionem, ut suscipiendi belli causam prætendat; negare tamen haud potest, se ob diu affectatum vniuersale imperium, in innocentis Germaniæ principatus, pariter & civitates imperiales cruenta tulisse arma, quò tota Germania in formam Regni redactâ, ipse solus imperitaret,

## T A T E P O N T I F I C I A .

caret, & hæredibus Universalis imperij habenas moribundus relin-  
 queret. Undè, quantum humani sanguinis in Germania ab Anno  
 cricitèr 1619, in hodieum usq; diem, sit effusum; quot viduæ, quot  
 pupilli, quot exules facti: quot civitates, Regiones, agri & vi-  
 neæ devastatæ, præ profundis gemitibus pagella referre non po-  
 test. Rogate Magdeburgum; Rogate Pasavaldiam; Rogate to-  
 tam Germaniam, & ad gemitum usq;, imò lachrymarum flumina,  
 nihil loquentur vobis, nisi Civitatum depopulationes: nihil, nisi  
 vinearum vastitates: nihil, nisi urbium, domorum ac sacrarum æ-  
 dium incendia: nihil, nisi possessionum confiscationes: nihil, nisi  
 virginum & honestarum Matronarum deflorationes: nihil, nisi in-  
 finitorum hominum in flumina miserè proiectorum funiculationes  
 multaq; concisorum & occisorum hominum cadavera. Tillium  
 enim Vallenstenium, Papenheimium, Arnhemium, Jacobum  
 Götz & alios Cæsarianos tyrannos, in Germaniam & celeberrimas  
 civitates impetum facientes, licet vidissetis (atq; utinam  
 ejusmodi insultus in nostra patria, nunquàm videre contingat)  
 vix tamen affirmare potuissetis, circa inexplebilem humani cru-  
 oris effusionem, dolornè illis major fuisset an voluptas? rabies nè,  
 an titillatio & ingluvies? Illud tamen affirmare unicum potuissetis,  
 in eadem illos ac sanguinem tantum in cubuisse, nulliusq; rei  
 curam habuisse, præterquam excarnificationis, gemitus ac eju-  
 latus jugulum præbentiù exsectoribus atq; in flumen fossasq; pro-  
 jectorum. O Sol, vix te satis admiramur, quod non gressus tuos  
 aut retrovertisti, aut radios lucemq; profundissimam obvolvisti  
 caligine, nè tam atrociam tyrannorum facinora vidisses, tyranni-  
 demq; adeò execrabilem.


Pontificius ille Draco, nostræ libertati etiam dudum intulisset vim, nisi lacerti tui GUSTAVE MAGNE, olim Rex noster  
 Clementissime, auxilio divino suffulti, furorem ejus fortiter re-  
 pressissent, & ab aris focusq; nostris fugassent. Rumor enim ad  
 aures nostras percrebuit, Gustavum Magnum in quadam Germa-  
 niæ urbe, armis sibi subjugata, ex literis ibi inventis accepisse, pa-  
 triam nostram, totumq; Suecanum Regnum, dudum ante effu-  
 sum in nos à Cæsare ferrum, inter Pontificios, in Abatias, Cardina-  
 latus, Monachatus, &c. fuisse distributum. Imò, extrema pa-  
 pales libertati molitos esse, quibus nos lacebant, injuriæ, lucu-  
 lenter probant, de quibus antea. GUSTAVUS autem noster,  
 Heros ille magnanimus, non ad servitutem sed libertatem, non  
 ad subjectionem, sed Imperium natus, memor fidei & jursjurandi  
Regno

## O R A T I O D E I M M A N I

Regno dati, non passus fuit avitam patriæ libertatem pedibus conculcari, quin poti<sup>9</sup> ut facta tecta maneret, Germaniæ verò humi prostrata, in pedes erigeretur, vitã cum sangvine, post multos exantlatos labores & vigiliã, post vehementissimos armorum strepitus & vulnera, post victorias, in campis Leitiensibus, à Casarianis militibus pro libertate sui Regni & subditorũ effundi voluit, tant<sup>9</sup> princeps! Quid ergò Regem longa dignissimã vitã de medio tulit? Pontificia immanitas: Quid libertatẽ assertore & vindice privavit? pontificia Immanitas: Quid curiam nostram iustitiæ (ejus enim tibijs consistit libertas) præside & patrono spoliavit? eadem Immanitas. O feritatem abominandam! O Casariani milites impiissimi, sine stomacho nè nominandi quidem, utpotè quos non puduit, tanto libertatis patrono violentas inferre manus; stomachatur in vos ipsus Germaniæ cespes, quem vestra truculentia, tam sancti Martyris sangvinem sorbere coegit. Tu autem patria nostra hoc nomine miserrima es, tuam infelicitatem non possumus non lachrymis excipere: Tu verò licet omnes tui anguli, & quicquid in te est cavitatis, in oculos, totaq; in oceano aquarum moles in lachrymas verteretur, casum tamen patronum tuum vix, ac nè vix quidem satis defleres. At verò, facis oculorũ habemus, facis etiam lachrymarum, dum in publico luctu super beati Regis fato, maxima nostrũ pais adeò segnes sum<sup>9</sup> & languidi! vereor in nos quadrare illud prophetæ: *Ecce quomodo moritur iustus & nemo percipit corde &c.* vereor, vereor inquam, nè profunda securitas, in qua haud exigua civium pars stertunt, omnes aliquandò nos (quod omen Deus tamen clementer avertat) in hiantes Romanæ bestiæ rict<sup>9</sup> det præcipites; imò hoc magis, quò certius constat aciem hostium post exequias Regis, accrementa sentisse, nostram verò de cremina passam.

Vobis tandem, qui religionis & libertatis amantes estis, qui pontificiam crudelitatem circa religionem & Rerumpub. libertatem mecum percepistis, qui eandem Regem abstulisse audivistis, & proinde deprecari soliti estis, vobis inquam suadeo & author sum, ut in precibus pergatis, nec ab ijs prius desistatis, quam Deus in medio iræ feruore, in misericordiã recordetur, nostri misereatur, & Pontificiorum tyrannidem avertat. Vos autem (si qui estis) qui securam ac belluinam hactenus vixistis vitã, surgite à somno securitatis, considerate imminentia, hæc mala, & ad mentem saniozem redite; colite humanitatem & civilis vitæ studium, Immanitatem verò tanquam pestem, ejusq; fomites fugite. Qui studiorum gratiã hic vivitis, colite & excolite artes humaniores, humanã societatis ornamenta & vincula; sustollite in calum oculos, & considerate quid summo illi & optimo rerum parenti placeat, id facite, quod duplicet, fugite. Fugiamus autem omnes, conjunctis ad Deum precibus, & pontificiam tyrannidem deprecemur, dicentes. *Omnipotens Deus, qui in calis ha-*

*bitas irvide tyrannos. O Domine subsanna eos, loquere ad eos in ira tua, & in furore tuo conturba eos.* Da quæsumus, ut qui comederunt, & comedere cupiunt Lutheranum sanguinem, devorentur; qui vastarunt & devastare cupiunt devastentur. Tu Pharaonem aquis suffocasti; tu Manassæ captivum abduxisti; tu Achabum bello interfecisti: Tu Reginam ejus è fenestra præcipitatam canibus devorandam dedisti; Tu deniq; omnes sanguinolentos gravissimis punivisti panis: Coerce etiam furorem meretricis Romanæ; abrumpe illi cruentum hoc convivium, quo sanguine Lutherano multos annos effuso, se saginavit; inebriata enim non tantum, sed & sanguine Martyrum pene suffocata videtur. Nobis autem ô mitissime Christe da verbum tuum, Prophetis & Apostolicis scriptis contentum; da pacem; conserva pium Magistratum Regniq; ordines, & nos omnes, ut vinculo pietatis & concordiaë constricti hic vivamus, & in sæcula seculorum te collaudemus.



CLARISSIMO VIRO,  
Magistro Erico Gabriælis Emporagrio,

Venerandi Upsalensis Consistorij Secretario, Ejus-  
demq; Academiae Adjuncto meritissimo, Publi-  
câ oratione, caelestis nostri Regis  
memoriam recolenti.

**N**on lapis obtusum vulgus, *Præclare Magister,*  
Nec sapiens lapit hoc, rectius ergo lapis  
GUSTAVI MAGNI præconia nota per orbem.  
Differis: allatrat carpere nata cohors.  
Scilicet AUGUSTI nescit celebrare decora.  
Mens angusta nimis. Carpere sapè potest.  
Ipsa canina quidem se sic facundia prodit;  
Gloria sed MAGNI, crescet in orbe magis.  
Atq; Tuus pariter facundus ERICE cothurnus,  
Nominè GUSTAVI secula grata petet.

*Ex animo gratulabatur*

ERICUS Drensterna/ AXELII  
L. B. in Kimitho.

Hadrianus Imp. dixisse fertur,  
*Ita se Rempublicam gesturum, ut sciret rem populi, non suam esse.*  
Elaboratio properata.

<b>G</b> Loria cognomen tibi, clare Magister Ericæ Emporagri, dat, dant tua facta decus.	<i>Possit ut is Dominus fieri in tellure Sveonum, Totus &amp; illorum sic inhiare bonis.</i>
Dictus Ericus apud Svecos est, dives honoris, Scilicet ut factum nomina sapè sonat.	<i>Pontificis svasu, quanto in discrimine, paucos Annos ante, fuit, patria novit, ea.</i>
Est tibi nō tua sed populi bona querere cordi: Est Dign <sup>9</sup> honore, Dei qui gregis urget op <sup>9</sup> .	<i>Cum tulit inferior magnas Germania clades, In ducibus varijs Caesaris arma tulit.</i>
Rex GUSTAVVS, nempe ducū dux, fecit ilipsum, Commoda qui populi quærit ubiq; sui.	<i>Tillius &amp; Wallenstenius, Papenhemius, Holcuis Atq; duces hi sunt, imò fuere duces.</i>
Ultima sunt, quando Romanum per Papa Regem Bella movet Svecis, Teutonicisq; focis:	<i>Ex horum ferro maduere repleta cruore Omnia, tellus &amp; sanguine pura fuit.</i>

Corpo-

Corpora quis numerare queat, qua casa per annos  
 Flos sunt? Numeret Jupiter ultor ea.  
 Nulla lupi fauces saturat prada obvia centum,  
 Dilaniantis oves, horridus ursus, adest:  
 Hostis in antiquo populos sibi fœdere junctos  
 Sævit ubi tantum qua tibi Svece times?  
 Nempe duces hi sunt donati Casaris ense,  
 Tollere quo possent Regna inimica Papa:  
 Atq; Papis Sveonum sunt jussi reddere Regna,  
 Jstis per longas qui caruere moras.  
 Accendetq; tuba Martem turmasq; potentes,  
 Finibus Italicis Hispanicq; suis.  
 Regna subegerit hac ut primum Papa quieta,  
 Fllorum per vim jus rapit omne sibi.  
 Jus rapit omne sibi, quod nulli Ecclesia novit  
 Concessum: Sveci cædua sylva sumus.  
 Is lituo proceres & plebem in retia coget  
 Svecorum, miscens Martis ubiq; dolos.  
 Arma ducum Papa cumulabant funera ferro  
 Svecorum, quorum cade madebit humus.  
 Armat se sicis præacutis atq; venenis  
 Papa, dynastas ut tollat ubiq; pios.  
 Ut misero data sunt heroum corpora letho,  
 Sangvine plebano tota madebit humus.  
 Qui Papam surget contra, dabit igne cremandū  
 Omnem, qui nondum sangvine tinxit humū.  
 Irruet in Svecos thesauros Papa superbos,  
 Plura petiturus quò sibi plura rapit.  
 Quid? quod in ade Dei tanquam Deus absq; pu-  
 Papa sedebit iners, omnia solus agens. (dore  
 Ostentat sese esse Deum, soli sibi & uni  
 Fas ait immensis verba flectere Dei.

Arbitrio mutare suo & decernere visum.  
 Arridere sibi, quod placet ipse facit.  
 Christiadum vult esse caput, vult esse Magister,  
 Omnes qui Christi ritè gubernet oves  
 Hoc quicunq; negat simulac negat omnipotentè  
 Esse parem Papam, quod negat esse pius:  
 Protinus hunc Styzias proscriptum damnat ad undas,  
 Hunc agit inq; crucem, in rem jubet ire mallam.  
 Nulla huic relligio cordi est, sed mors animarum:  
 In barathrum Christi Papa reducit oves.  
 Pejus & est hoc quod, Papam non judicet ullus,  
 Quamvis innumeros ducat ad ima suos.  
 Ducit ad ima velut Paparum dogma professor,  
 Impius hoc nullum dogmate dogma fuit.  
 Hac mala Gustavus prævidit, & insuper illa,  
 Qua non mens capit, aut dicere lingua potest.  
 Obvius ergo fit Papa bene fortis in armis,  
 In terra alterius, notus ut hostis erat.  
 Casaris in terras parvo cum milite venit,  
 Huc belli vires contulit ille suas:  
 Rex mavult alibi certamina tristia belli  
 Spectare, in patrio quam illa videre solo.  
 Et sua mox castris opponit caltra Papistis,  
 Instructaq; acie fertur in arma potens.  
 Casare cum valido commisit pralia Magnus  
 Gustavus, furias Casareasq; domat.  
 At postquam fortem domuisset acinace Papam,  
 Occidit in pugna victor, obitq; piè.  
 Grex pie perpendas quæso sit quanta tyrannia,  
 Et violentia sit quanta videto Papa!  
 Atq; precare Deum, nos ut bene seruet ab illo:  
 In se sperantes servat ubiq; Deus.

Viro Venerabili & Præstantissimo, Dn. M. Erico Gabrieli Emporagrio, Academia Upsalensis Notario perquam industrio, amico suo singulariter dilecto, Laurentius Olai Wallius Nericiensis, magnoperè gratias agit, quod doctâ & publicè recitatâ oratione desideratissimi Regis, divi GUSTAVI MAGNI, gratissimè meminisse voluerit, ejusdemq; memoriam, gratitudine semper digniss. ex pulcherrimo Erici nomine diligenter commendat, Upsalia 9. Martij Anno 1636.

A L I U D


SÛspicor ingenium diro glaucomate scissum,  
 quod leges ausis nescit habere suis:  
 En Latius stringens Belial sua jura gehennæ  
 proripit, in vulgus æthera vendit egens:  
 Solvi vult noxas meritis, grassatur adulter;  
 Et quid quod timeat? sic decet esse Deum.  
 Exit in occursum stylus hic tuus impiger ultrò,  
 Vir candore gravis, juraq; crassa ferit;  
 Hic pandit fraudes, commenta Suitica sternit,  
 addit cautelas, mentibus ægra timeo.  
 Hinc Divine tuos certò comitabitur ausus  
 Virtus, spes & honos, gloria, vita, salus.

In declarationem affectus sui:

Magnus Palumbus VVretens. G.







[www.books2ebooks.eu](http://www.books2ebooks.eu)